

Illustrissime ac doctissime Domine!

Ignosce, quaeso, pro humanitate tua,
denuo Te a me ignoto homine molesta-
ri et quidem ejusdem objecti causa.
Non recorder amplius, quibus verbis
preces meas in ultimis litteris ex-
presserim, sed haud dubie illas non
satis perspicue retuli.

Croatica nomina plantarum
in antiquioribus libris et manu-
scriptis a me reperta ipsis illis
obsoletis latinis et ex parte itali-
cis ac arabicis vocibus interpretan-
tur, quarum elenchum Tibi misi,
siquidem mihi illarum vera si-
gnificatio non pateat. Preces igitur
meae eo sendebant, digneris
~~mihi~~ obscuris his vocabulis latinum
hodie usitatum nomen botanicum
adjungere, id quod ego ob defectum

✓

antiquorum botanicorum operum eruere
non valeo.

Liberalitate Tua petus firmiter
ro, Te precibus meis iteratis hoc modo
explicitis repulsam non daturum,
neque pro licentia hac veniam apud
Te impetraturum.

Remitti cum veneratione per-
severo

Illustratissimae
Lagraviae C. Mart. 1877

sevens. humillimus
J. B. Suleky
H